Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

addictus eſſe, plus q̃ alius. Hoc tam ſæpe (inquit) p̄dicauim⁹ & inculcauimus, vt quilibet bene ſcire queat, & ex hoc concludere ſciat, ꝙ om̄ia opera noſtra, quę ideo intenduntur, ad agēdam pœnitentiā pro peccatis, atq; ad effugiendam mortem, ea omnia blaſphema ſint, quæ blaſphemant Deum, & vituperant ſacrificium, quod Chriſtus peregit, eiuſq; ſanguinē, Quādoquidem per ea id efficere volunt, quod ſolus Chriſti ſanguis efficiat neceſſe eſt, Hæc ibi. Et in hunc modum toto fere decennio prędicauit & ſcripſit: Nunc tandem ſero uertit folium, requirens iā pœnitentiam, bona opera, & timorē irati Dei, Sed ſero ſapiunt Phryges, Et tardi venere ſubulci. Niſi ergo reuocet apertius oīa, agatq; & ipſe pœnitentiā, nihil ꝑficiet in populo decepto.

DE CONFESSIONE SECRETA.

CAPVT XXX

Deus bone, quot & quanta per decennium ludibria ex peccatorum confeſſiōe fecit. Nam mox a principio, in ijs quoq; libris, in quibus maxime Catholicus adhuc eſſe volebat, ſecretā illam Confeſſionem ſtatim labefecit, relaxans populo nūc pręceptum confitendi, nunc modum, nunc ſacerdotem, O quoties obiecerunt mihi eius diſcipuli illud Iacobi. Confitemini alterutrum peccata veſtra, Et illud Pſalmiſtę, Dixi, confitebor aduerſum me iniuſticiam meam domino. Quanta illuſione riſuq; inimico rogauerunt, Num alterutrum ſignificet ſacerdotem: Et quid aliud effecit impio & ſeditioſo libro ſuo de Cōfeſſiōie, quē ante annos. VII. ſcripſit ad belligerantem eo tēpore Franciſcū de Secking, niſi ꝙ om̄e confitendi iugum a laicis abſtulit: Sic eñ ait inter alia multa, fidele (inquit) conſilium meum eſt, vt homo Chriſtianus, tēpore Quadrageſimæ & Paſchatos nō cōfiteatur, nec ad Sacramentum accedat. Et cogitet ita, Ecce, qn̄ hoc pręcepit homo, Papa ſcilicet, ob idipſum non faciam, Et ſi nō p̄cepiſſet, vellē facere, Faciā autē alio tēpore, quo non præcepit, quādo & quomō mea libera voluntas & deuotio me tetigerit. Hæc ibi, Nunc autem, vt timore tui, populum a ſeditioſa iſta libertate reuocet, ſcribit in Viſitatione ſua, ꝙ nemo debeat admitti ad ſanctum Sacramentū, niſi pri⁹ a Paſtore ſuo ſit ſpecialiter examinatus, an diſpoſitus ſit ad ſacramentum. Quouſq; igit̃ Illuſt. Pr. ꝑmittis hunc futilē quidē & inconſtantem, ſed peſtilentiſſimū ac ſeditioſiſſimū Pſeudoprophetā, ſimplici pp̄lo, illudere?

De X. præcep. in fi.
In reſolu. conclu. 26
Iaco. 5.
Pſal. 31
De confeſſ. parte. 3. §. 14
In lib. Viſita.